MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et ancillis predico quod
tu in seruis tuis et an
cillis diligis quid cul
por? Dicit ei misdeus
rex. Ego pmisi trepsiam
uxorem meam ut cog
natam suam myndo
niam de precipicio in quo
tu eam miseras libera
ret? tu uero et ipsam in
precipicium misisti. A
postolus respondit. Pre
cipicium non est nisi rece
dere a deo et caritate? et ire
in libidinem et ydolatri
am. Nam qui uolun
tate se a libidine tollit?
et ad castitatem redit. hi
a precipicio remeat ad
salutem. Dicit ei misdeus
rex. Quomodo separasti ani
mas earum his uerbis?
et artibus magicis a con
sortio coniugii? sic age
consilio tuo et suasione
ut redeant et sint coniu

ges maritorum suorum sicut
ante fuerunt. Dicit ei a
postolus. Errat uissio re
gis. Dicit ei rex. In quo
errat uissio mea? Apls
respondit. Fabricaui per uer
bum dei turrim excelsam.
et dicis michi. ut ego illam
fabricam destruam. Fodi
terram profundam et e
duxi fontem de abysso? et
dicis michi. ut ego illum
obruam. Ego magis di
cam illis uerbum domini mei
ihesu xpi. Qui diligit pa
trem et matrem aut uxorem
plus quam dominum? deo non est
dignus. Tu enim rex tem
poralis es? et si uoluntas
tua non fiet temporaliter punis?
deus autem rex eternus est?
et si uoluntas eius aut pre
cepta contempta fuerint eter
na pena punit. Et quidem
tu rex postquam occidis cor
pus? animam occidere non